UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

5 vtrum sit maxima virtutum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72772

Visual Library

num animæ, ſecundum uitam contemplatiuam, quod eſt cogitare ea q̃ ſunt Dei: coniugium autem ordinatur ad bonũ corporis, quod eſt corporalis multiplicatio generis humani, & pertinet ad uitã actiuam: quia uir & mulier in matrimonio uiuentes neceſſe habent cogitare q̃ ſunt mundi, ut patet per Apoſtolum 1. ad Corinth. 7. Vnde indubitanter uirginitas præferenda eſt cõtinentiæ coniugali.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ meritum nõ ſolum penſatur ex genere actus, ſed magis ex animo operantis. Habuit autem animum Abraham ſic diſpoſitum, ut paratus eſſet uirginitatem ſeruare, ſi eſſet tempori congruum, ex quo meritum continẽ-

D. 1.

tiæ coniugalis in ipſo, æquatur merito [d] continentiæ uirginitatis in Ioanne reſpectu præmij accidentalis, non autem reſpectu præmij ſubſtantialis. Vn-

c. 21. in fine, tom. 6.

de * Auguſt. dicit in lib. de bono coniugali, quòd Ioannis cælibatus, & Abrahæ connubium pro temporum diſtributione Chriſto militauerunt, ſed continentiam Ioannes in opere, Abraham uero in ſolo habitu habebat.

Ad secvndvm dicendum, quòd licet uirginitas ſit melior, quàm continentia coniugalis, poteſt tamen coniugatus melior eſſe, quàm uirgo, duplici ratione. Primò quidem ex parte caſtitatis, ſi ſcilicet ille qui eſt coniugatus, habeat animum magis paratum ad uirginitatem ſeruãdã, ſi oporteret, quàm

cap. 22. ante medium, tomo 6.

ille qui eſt actu uirgo. Vnde * Aug. inſtruit uirginẽ in lib. de bono coniugali, ut dicat. Ego non ſum melior, quàm Abraham, ſed melior eſt caſtitas cælibum, quàm caſtitas nuptiarum. & rationem po-

Ibidem.

ſtea * ſubdit, dicens. Quod enim nunc ago, melius ille egiſſet, ſi tunc agendum eſſet. Quod autem illi egerunt, ſic ego non agerem, etiam ſi nunc agendum eſſet. Secundò, quia forte ille qui non eſt uirgo, habet aliquam excellentiorem uirtutem. Vn-

c. 44. in fine, tom. 6.

de * Auguſt. dicit in lib. de uirginitate. Vnde ſcit uirgo, quàmuis ſolicita quæ ſunt Domini, ne forte propter aliquam ſibi incognitam infirmitatem non ſit matura martyrio: illa uero mulier, cui ſe præferre geſtiebat, iam poſſit bibere calicem dominicæ paſſionis?

Ad tertivm dicẽdum, quòd bonum commune potius eſt bono priuato, ſi ſit eiuſdem generis: ſed poteſt eſſe quòd bonum priuatum ſit melius ſecundum ſuum genus: & hoc modo virginitas

Capitu. 9. in princ. to. 6.

Deo dicata præfertur fœcunditati carnali. Vnde * Aug. dicit in lib. de virginitate, quòd fœcunditas carnis, etiam illarum, quæ in hoc tempore nihil aliud in coniugio, quàm prolem requirunt, quam mancipent Chriſto, pro amiſſa virginitate compẽſari non poſſe credenda eſt.

¶ Super Quæſtio. 152. Art. quintum.

In ar. 5. eiuſdem q. nihil ſcribendum occurrit, niſi ꝙ illud, quod in fine articuli dicitur de cãtico nouo, ſeu gaudio ſingulari de integritate carnis ſeruata, cũ de aureolis tractabitur, declarandum eſt.

¶ Super

Inf. q. 155. artic. 1. & q. 185. artic. 4. Et 4. diſt. 33. q. 3. art. 3. Et 3. contra. c. 134.

* In trac. de habitu uirginũ non remote a princip. incipit hic lib. Diſciplina cuſtos.

Articvlvs V.

Vtrum virginitas ſit maxima virtutum.

Ad qvintvm ſic proceditur. Vr̃ ꝙ virginitas ſit maxima virtutũ. Dicit n. * Cyprianus in lib. de virginitate. Nunc nobis ad virgines ſermo eſt, quarum quo ſublimior eſt gloria, eo eſt maior cura: flos eſt ille eccleſiaſtici germinis decus atque ornamentum gratiæ ſpiritualis, illuſtrior portio gregis Chriſti.

¶ 2 Præt. Maius præmium debetur maiori virtuti: ſed virginitati debetur maximum præmium, ſ. fru-

F ctus centeſimus, ut patet † Matt. 13. [illegible]
ginitas eſt maxima virtutum.
¶ 3 Præt. Tanto aliqua virtus eſt ma[illegible]
eam aliquis Chriſto magis conform[illegible]
mè aliquis conformatur Chriſto pe[illegible]
dicitur. n. Apocaly. 14. de virginibus [illegible]
agnum quocumque ierit, & quod ca[illegible]
cum nouum: quod nemo alius pote[illegible]
go virginitas eſt maxima uirtutum.

Sed contra eſt, quod * Aug. dicit [illegible]
ginitate. Nemo, quantum puto, auſus [illegible]
tatem præferre monaſterio. & in eodem [illegible]
Præclariſſimum teſtimonium perhibe[illegible]
ca authoritas, in qua fidelibus nota [illegible]
G martyres, & quo defunctæ ſanctimoni[illegible]
ris ſacramenta recitentur, per quod d[illegible]
quòd martyrium virginitati præfertur [illegible]
monaſterij ſtatus.

Respon. Dicendum, ꝙ aliquid poteſt [illegible]
lentiſſimum dupliciter. Vno modo, [illegible]
nere: & ſic virginitas eſt excellentiſſima [illegible]
caſtitatis. Tranſcendit enim & caſtita[illegible]
& coniugalem. Et quia caſtitati anton[illegible]
buitur decor: ideo virginitati per con[illegible]
buitur excellentiſſima pulchritudo. V[illegible]
bro. dicit in lib. de virginitate. Pulchri[illegible]
poteſt maiorem eſtimare decore virg[illegible]
tur à rege, probatur à iudice, dedica[illegible]
H conſecratur Deo? Alio modo, poteſt [illegible]
excellentiſſimum ſimpliciter: & ſic [illegible]
eſt excellentiſſima uirtutum. Semper [illegible]
excellit id quod eſt ad finem: & quanto [illegible]
ficacius ordinatur ad finem, tanto me[illegible]
autem ex quo uirginitas laudabilis redd[illegible]
care rebus diuinis, ut * dictum eſt. V[illegible]
tes theologicæ, & etiam uirtus religio[illegible]
actus eſt ipſa occupatio circa res diuina[illegible]
tur uirginitati. Similiter etiam uehem[illegible]
rantur ad hoc, quòd inhæreant Deo [illegible]
ad hoc poſtponunt propriam uitam, [illegible]
in [d] monaſterijs, qui ad hoc poſtpon[illegible]
uoluntatem, & omnia quæ poſſunt habe[illegible]
I uirgines quæ ad hoc poſtponunt [illegible]
ptatem: & ideo uirginitas non ſimplic[illegible]
xima uirtutum.

Ad primvm ergo dicendum, quòd [illegible]
ſunt illuſtrior portio gregis Chriſti, & [illegible]
ſublimior gloria per comparationem ad [illegible]
coniugatas.

Ad secvndvm dicendum, quòd cente[illegible]
ctus attribuitur uirginitati ſecundũ * H[illegible]
excellentiam quam habet ad uiduitatem [illegible]
buitur ſexageſimus, & ad matrimonium [illegible]
buitur triceſimus: ſed ſicut * Auguſt. dicit [illegible]
quæſtionibus Euangelij, cẽteſimus fructus [illegible]
K tyrum, ſexageſimus uirginum, & triceſimus [illegible]
gatorum. Vnde ex hoc non ſequitur, quòd [illegible]
tas ſit ſimpliciter maxima uirtutum [illegible]
ſolum in alijs gradibus caſtitatis.

Ad tertivm dicendũ, quòd uirgines ſe[illegible]
agnum quocumque ierit: quia imitant[illegible]
non ſolum in integritate mentis, ſed [illegible]
gritate carnis, ut * Auguſtinus dicit [illegible]
nitate. Et ideo in pluribus ſequuntur [illegible]
tamẽ oportet, quòd magis in propinqu[illegible]
uirtutes faciũt propinquius inhærere D[illegible]
tationem mentis. Canticum autem [illegible]
ſolæ uirgines cantant, eſt gaudium [illegible]
de integritate carnis ſeruata.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

¶ *Super Quæſtio. 153. Art. primum.*

IN ar.1.q.153.aduerte,ꝙ quia par eſt, ut quælibet ars gaudeat proprijs vocabulis: ideo in morali philoſophia & theologia, luxuriæ nomen proprie ſumitur pro ſuperfluitate in materia delectationum uenerearũ, & per ſimilitudinẽ ad quemlibet abundantem exceſſum tranſlata dicitur. Nam cum in Eccleſia dicimus luxuriæ peccatũ, ſine cunctatione intelligim' peccatum in uenereorũ exceſſu: ſed apud grammaticos cõtrarius uidetur tranſlationis ordo, quoniam prius ſignificata eſt apud eos luxuriæ nomine ſolutio cuiuſcũque libidinis, & deinde aſſociata eſt ad ſolutionem libidinis in materia uenereæ delectationis, quæ ſolutio in ſuperfluitate uenereæ delectationis manifeſte cõſiſtit. Et eſt ratio diuerſæ trãſlationis, quia iſti ex parte nominis ſignificãtis, illi ex parte rei ſignificatę trãſlationem ordinarũt.

QVAESTIO CLIIII.

De uitio luxuriæ, in quinque articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandum eſt de uitio luxuriæ, quod opponitur caſtitati. Et primò, de ipſa in generali. Secundò, de ſpeciebus eius.

CIRCA primum quæruntur quinque.

¶ Primò, Quæ ſit materia luxuriæ.

¶ Secundò, Vtrum omnis concubitus ſit illicitus.

¶ Tertiò, Vtrum luxuria ſit peccatum mortale.

¶ Quartò, Vtrum luxuria ſit uitium capitale.

¶ Quintò, De filiabus eius.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum materia luxuria ſint ſolum concupiſcentiæ, & delectationes uenereæ.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd materia luxuriæ non ſolum ſint concupiſcẽtiæ, & delectationes uenereę. Dicit enim * Auguſt. in lib. confeſ. quòd luxuria ad ſatietatem atque abundantiam ſe cupit uocari: ſed ſatietas pertinet ad cibos & potus, abundantia autem ad diuitias. ergo luxuria non eſt propriè circa concupiſcentias, & uoluptates uenereas.

¶ 2 Præt. Prouerb. 20. dicitur. Luxurioſa res eſt uinum: ſed uinum pertinet ad delectationem cibi & potus. ergo circa ea maxime uidetur luxuria eſſe.

¶ 3 Præt. Luxuria dicitur eſſe libidinoſæ uoluptatis appetitus: ſed libidinoſa uoluptas non ſolum eſt in uenereis, ſed etiam in multis alijs. ergo luxuria non eſt ſolum circa concupiſcentias, & uoluptates uenereas.

SED CONTRA eſt, quod dicitur in lib. ✱ de uera religione de luxurioſis. Qui ſeminat in carne, de carne metet corruptionẽ: ſed ſeminatio carnis ſit ꝑ uoluptates uenereas. ergo ad has pertinet luxuria.

RESPON. Dicendum, quòd ſicut Iſidor. * dicit in lib. Etym. Luxurioſus aliquis dicitur, quaſi ſolutus in uoluptates. Maxime autem uoluptates uenereæ animum hominis ſoluunt: & ideo circa uoluptates uenereas maxime luxuria conſideratur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ſicut temperantia principaliter quidem & proprie eſt circa delectationes tactus, dicitur autem ex conſequenti, & per ſimilitudinem quandam in quibuſdam alijs materijs: ita etiam luxuria principaliter quidem eſt in uoluptatibus uenereis, quę maxime & præcipuè animum hominis reſoluunt: ſecundario autem dicitur in quibuſcumque alijs ad exceſſum pertinentibus. Vnde ad Galat. 5. dicit gloſ. * quòd luxuria eſt quælibet ſuperfluitas.

AD SECVNDVM dicendum, quòd uinum dicitur res luxurioſa, uel ſecundum hunc modum quo in qualibet materia abundantia ad luxuriam refertur, uel inquantum ſuperfluus uſus uini incentiuum uoluptati uenereæ præbet.

AD TERTIVM dicendum, quòd libidinoſa uoluptas etſi in alijs materijs dicatur, tamen ſpecialiter hoc nomen ſibi uendicant uenereæ delectationes, in quibus etiã ſpecialiter libido dicitur, ut ✱ Aug. dicit in 14. de ciuita. Dei. Lib.14. c.15. & 16. to.5.

¶ *Super Quæſtio. 153. Art. ſecundum.*

IN artic.2. eiuſdem q. nota primo contra ſcrupuloſas mentes, ꝙ ſine omni peccato uenereus actus exerceri põt & exercetur, quãdo debitis eſt circunſtantijs honeſtatus actus coniugalis, inter quas circunſtantias nõ eſt ut perſona non delectetur, aut non complaceat ſibi delectatio. Hoc enim inſenſibilis, aut ſtulti eſt. Complacentia enim uolũtaria in delectatione operis talis alias bene circũſtantionati, puta, propter prolem, &c. nullum omnino peccatũ eſt, ſed donum Dei eſt abſolute generis humani, collatum homini, & cæteris animalibus. Vnde nõ debet perſona de huiuſmodi delectatione percepta dolere, ſed poti' Deo gratias agere.

¶ Nota ſecundo, ꝙ author in reſponſione ad ſecundũ, theologalem rationẽ reddit, quare delectatio venerea nõ ſubiacet moderationi rõnis, ſcilicet ex originali peccato, non ꝙ ignoret hoc eſſe naturale, ſed ſicut mors, cum hoc quòd eſt naturalis, eſt etiam pœna peccati originalis, q̃a pro gratia adempta nobis erat neceſſitas moriẽdi: ita quia huiuſmodi perturbatio rationis adempta nobis erat per donum originalis iuſtitiæ, quo inferiora ſuperioribus ſubiecta erat in homine, facta eſt pœna originalis peccati.

Mal. q. 15. art.1.

Lib. 1. c.10. ante mediũ tom.2.

Lib.2.c.ad.6. tom.5.

Lib.7.c.11.a med. tom.5. Hier. de Monogamia ad Gero. Et refertur 32.q.2.c. connubia.

* lib.1.c.24, circa med. tom.7.

cap.25. circa prin. tom.6.

ARTICVLVS II.

Vtrum nullus actus venereus poſſit eſſe ſine peccato.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd nul-
B lus actus uenereus poſſit eſſe ſine peccato. Nihil enim uidetur impedire uirtutem niſi peccatum: ſed omnis actus uenereus maxime impedit uirtutem. dicit enim * Auguſt. in primo ſoliloquiorum. Nihil eſſe ſentio, quod magis ex arce deijciat animum uirilẽ, quàm blandimenta feminæ, corporũque ille contactus. ergo nullus actus uenereus uidetur eſſe ſine peccato.

¶ 2 Præt. Vbicumque inuenit aliquid ſuperfluũ, per quod a bo-
C no rationis receditur, hoc eſt vitioſum, quia uirtus corrumpitur per ſuperfluum & diminutum, ut dicitur in 2. Ethicor. * ſed in quolibet actu uenereo eſt ſuperfluitas delectationis, quæ intantum abſorbet rationem, ꝙ impoſſibile eſt aliquid intelligere in ipſa ut * Philoſoph. dicit in 7. Ethicor. Et ſicut Hiero. † dicit, In illo actu, ſpiritus prophetiæ non tangebat corda prophetarũ. ergo nullus actus uenereus poteſt eſſe ſine peccato.

D ¶ 3 Præt. Cauſa potior eſt, quàm effectus: ſed peccatum originale in paruulis trahitur à cõcupiſcẽtia, ſine qua actus uenereus eſſe non poteſt, ut patet per Aug. * in lib. de nuptijs & concupiſcentia. ergo nullus actus uenereus poteſt eſſe ſine peccato.

SED CONTRA eſt, quod Aug. † dicit in lib. de bono coniugali. Satis reſponſum eſt hæreticis, ſi tamen capiunt, non eſſe peccatum quod neque contra naturam committitur, neque contra morem, neque contra præce-
E ptum. Et loquitur de actu uenereo, quo antiqui patres pluribus coniugibus utebatur. ergo non omnis actus uenereus eſt peccatum.

RESPON. Dicendũ, ꝙ peccatũ in humanis actibus eſt, quod eſt contra ordinẽ rõnis. Habet autẽ hoc rõnis ordo, ut quælibet conuenienter ordinet in ſuũ finẽ: & ideo non eſt peccatũ, ſi per rõnẽ hõ utatur rebus aliquibus ad finem, ad quem ſunt, modo & ordine conuenienti, dũmodo ille finis ſit aliquod uere bonũ. Sicut aũt eſt uere bonum, ꝙ conſeruetur corporalis natura unius indiuidui, ita etiã eſt quoddam bonũ excellens, ꝙ conſeruetur natu-